

Copia del sec. XIII in biblioteca Civica di Como, *Vetera Monumenta*, I, c. 23. La copia dalla quale fu ricavata quella dei *Monumenta* era essa pure copia di copia come rilevasi dalle seguenti sottoscrizioni ivi riportate: « Ego Mudalbergus iudex hautenticum huius exempli vidi et legi et sicut in eo continebatur ita in isto legitur exemplo preter litteras plus minusve. Ego Rugerius iudex hautenticum huius exempli vidi et legi et sicut in eo continebatur ita in isto legitur exemplo preter litteras plus minusve. Ego Iohanes iudex et missus domini Frederici imperatoris hoc exemplum ex hautentico exemplavi et sicut in eo continebatur ut in isto legitur exe(m)plo preter litteras plus vel minus. Ego Iacobus filius condam Arialdi Greci notarius exemplum huius exemplaris ex hautentico exemplato vidi et legi et sicut in eo continebatur ut in isto legitur exemplo preter literas plus minusve. Ego suprascriptus Guifredus Curiolus exemplum huius exemplaris ex hautentico exemplato vidi et legi et sicut in eo continebatur ut in isto legitur exemplo preter litteras plus vel minus. Ego Iacobus de Portamonasterio notarius suprascriptus exemplum huius exemplaris ex hautentico exemplato vidi et legi et sicut in eo continebatur ut in isto legitur exemplo preter litt(er)as plus vel minus. Ego Arialdus Guitus notarius filius condam Vegii Guiti hoc exemplar exemplo ex hautentico exemplato iussu domini Guillelmi de Pusterla exemplavi et sicut in eo continebatur ut in isto legitur exemplo extra litteras plus minus » (B).

Ed.: ROVELLI, *Storia di Como*, II, 352.

In nomine domini nostri Iesu Christi. Breve recordationis date sentencie de controversia que vertebatur ex una parte inter comune de Mediolano, necnon ex altera parte comune de Cumis, nominatim de confinio archiepiscopatus Mediolani et episcopatus Cumanorum, et de comittatu Sepriensi, idest de discernendis locis qui sunt de comitatu Sepriensi, et qui non, et si quis locus inventus fuerit de episcopatu Cumano et comitatu Sepriensi et queratur quid comune de Mediolano debeat habere pro comitatu Sepriensi, vel alia aliqua ratione, seu quid comune de Cumis debeat habere pro episcopatu Cumano vel alia aliqua ratione, sub Arderico de Bonate et Landulfo Crasso atque Alberto Cagatossico electis arbitris ex parte comunis Mediolani, et sub Gregorio de Beccaria et Lamberto de Turri atque Petro Procco electis arbitris ex parte comunis de Cumis. Qui predicti arbitri iuraverunt sicuti in forma <sup>(a)</sup> compromissi continebatur. Unde unus de servitoribus consulum Mediolani iuravit quod omnia illa precepta que iam dicti sex arbitri concorditer de prefatis discordiis fecerint consulibus Mediolani qui modo sunt vel post istos fuerint per sacramentum et de pignoribus dandis et de terminis attendendis et de sententia audienda et attendenda, quod consules Mediolani qui modo sunt vel post istos fuerint sine fraude audient et attendent et ratum et firmum a comuni Mediolani habebitur. Et eodem vero modo unus de servitoribus Cumanorum consulum et Cumani comunis iuravit ex parte consulum Cumanorum. In primis namque conquerebatur comune de Mediolano de comuni de Cumis libellum porrigendo in hunc modum: ' Ego Obertus de Orto consul reipublice Mediolani, nomine comunis eiusdem civitatis, conqueror Deo et vobis Landulfo Grasso, Petro Procco, Alberto Cagatossico, Lanberto de Turri, Arderico de Bonate, Gregorio de Beccaria electis arbitris a consulibus comunis de Cumis et a consulibus comunis Mediollani quod comune de Cumis <sup>(b)</sup> perturbat possessionem vel quasi possessionem comunis Mediolani quorundam locorum qui sunt de comitatu Sepriensi, videlicet faciendo sibi iurare habitatores <sup>(c)</sup> illorum locorum, et fodrum exigendo, ad ostem eos cogendo, et alia honera eis imponendo, quod faciunt in parte ville Lomacii et in Bregniano, Vertemate, Cermenate, Olzate, Macii et in tota valle de Cuvi, et in aliis multis locis que sunt infra hec confinia a loco Seveso sicut cernit flumen Sevessi versus septentrionem, videlicet locus de Vertemate, locus qui dicitur Finis, locus qui dicitur Motanee, Macii Zenonico de Plano Drezo quod est inter Cazium et Paredem usque ad locum qui dicitur Sevrageo et Calderarii et tota castellancia de Sevrageo, Olzate, Trevani

LXXIII. — (a) forma B. (b) comune de Cumis manca in B. (c) ta nell'interlinea di mano più recente.

Ronago, Novezano Calderarii, Mendrici, deinde in antea usque ad burgum de Ripa Sancti Vitallis et tota ripa Laci de Porto et omnes montes de Tremona et de Besacio et de Viglu et de Clivio Meradi usque in Lacum de Porto usque Lavennam, et sicut defluit flumen Trexie usque in Lacum Maiorem, et ab ipsa Trexia versus comitatum, totum est de comitatu Sepriensi; omnes predicti termini inclusum ut predicta loca includantur et contineantur in comitatu Sepriensi. Preterea dicimus omnes habitantes in plebe de Criviasca esse de archiepiscopatu Mediolani et ideo eandem querelam super illis movemus. Quod si apparuerit comune Mediolani à possessione vel quasi predictorum locorum omnium vel quorundam aliquo modo cecidisse de ea recuperanda agimus. Convenit insuper inter civitates quod si aliquis homo vel comune <sup>(d)</sup> civitatum a decem annis retro possessionem aliquam intravit sine ratione, restitui debet sine fructibus, si querimonia facta fuerit. Quod si in possessione retinenda vel recuperanda non obtinuerimus, petitorium tamen iudicium intendimus, dicentes omnia iura que unaqueque civitas Longobardie in suo comitatu habet in predictis locis ad nos et non ad Cumanos pertinere; fructus quoque a Cumanis perceptos in predictis locis ex quo pax inter nos et illos firmata fuit nobis restitui postulamus. Et ita finitus est libellus. Ad retinendam possessionem vel quasi possessionem predictorum locorum Mediolanenses ex parte sui comunis 'uti possidetis' (1) interdictum et ad recuperandam possessionem interdictum 'unde vi' (2) et condicionem ex lege (3) 'conquerebatur' et aliam condicionem ex pacto civitatum (4) proponebant. Quibus Cumani ex parte sui comunis ita respondebant: 'Is enim in eo interdicto optinet qui tempore litis contestate possidet'. Confessi autem sunt Mediolanenses sub predictis arbitris per iusiurandum calumpnie se a tempore quo imperator primum venit ad obsedendum Mediolanum usque nunc non possedisse; quare interdicto 'uti possidetis' ad retinendam possessionem vel quasi eos uti non posse. Interdicto 'unde vi' sic respondebant: 'Ei enim demum datur hoc interdictum adversus eum qui agentem vi de possessione expulit, nec sufficit esse expulsum nisi ab adversario'. Condicioni ex lege 'conquerebatur' ita respondebant: 'Lex illa aperte loquitur de vacua possessione rei aliene et absentis, sed cum possessio ista nunquam fuit vacua sed semper possessa, sive ab imperatore vel a comunitate vel a Cumanis, non potest dici vacua, non erat aliena sed sua, absentis non erat, cum si Mediolanensium esse <sup>(e)</sup>, non tamen absentis, quia in eadem provincia cum Cumanis erant. Preterea dicebant quod lex illa loquitur de re corporali, hec autem possessio incorporalis est. Pacto civitatum sic respondebant: inficiebantur enim <sup>(f)</sup> Cumani illud pactum factum fore, et si factum foret, eis tamen non obesset; qui in eorum societate eo tempore non erant, et ideo eis legem facere non potuerunt, cum eis solum lex dari possit qui iurisdictioni conditoris legis subditi sint, et cum pactum in alia re factum, aut cum alia persona in alia re vel alie persone non noceat; sed Cumani tempore iam dicte convencionis non erant in eorum societate. Item alia ratione non obest illud pactum, cum speciali quadam convencione inter Cumanos et Mediolanenses, mediantibus consulibus civitatum inita <sup>(g)</sup>, predicte convencioni derogatum sit (5), que talis fuit: Policiti sunt enim Mediolanenses se non usuros prescriptione <sup>(h)</sup> possessione per vim adepta quam habuissent in episcopatu Cumano per decem annos ante quam maior guerra foret incepta usque ad tempus concordie, sicut in brevi concordie utriusque comunis continetur. Quod Mediolanenses proponunt petitorium iudicium, intendentes confessariam

LXXIII. — (d) comuni B. (e) Cost B. (f) enim è rappresentato da .N. nell'interlinea di inchiostro diverso. (g) invita B. (h) pre corretto su per da mano più recente.

50 (1) Cfr. *XII Tabularum Fragmenta*, in *Corpus iuris civilis Romani*. Colonia 1756. p. 762.

(2) Cfr. *Cod. Iustin.*, lib. VIII, tit. 4.

(3) Cfr. *Dig.*, lib. XIII, tit. 2.

(4) Cioè l'alleanza stretta fra le città della Lombardia e della Marca il 1° dicembre 1167.

(5) Fu derogato con il cap. 3 dell'atto pubblicato in questo vol. sotto il n. LXII.

actionem, dicentes se debere habere omnia illa iura in iam dictis locis comitatus <sup>(1)</sup> Sepriensis vel comittatus Mediolani que unaqueque civitas habere debet in locis sui comittatus vel sui episcopatus, Cumani taliter contradicebant dicentes predicta iura non ad Mediolanenses iure comittatus pertinere, cum de eo comitatu comittes non sint, cum comitatus ad aliquem pertinere non possit nisi per investituram. 5  
 Cum ergo Mediolanenses predicti comittatus investituram se habere non asserant, et maxime cum comites Seprienses, qui de eo comitatu se comites esse dicunt, sub iam dictis arbitris et Mediolanensibus et Cumanis contradixerunt ne de iure ipsius comitatus Sepriensis quod ad eos pertinere dicebant contenderent, ideo Cumani dicebant comittatum Sepriensem ad Mediolanenses nullo modo pertinere. 10  
 Mediolanenses ad probandum quod iura quorundam locorum predictorum ad comittatum Sepriensem vel Mediolanensem spectabant <sup>(2)</sup>, quedam privilegia et publica instrumenta introduxerunt, in quibus continebatur quaedam possessiones datas in quibusdam predictorum locorum esse in comittatu Sepriensium et quasdam in comittatu Mediolani. 15  
 Preterea introducebant quoddam novum privilegium Frederici imperatoris (1), in quo fines predicti comitatus assererent contineri, scilicet in eo quod dicebant a Seveso usque ad Tresiam versus Ticinum, in quo etiam continebatur Mediolanenses predictum comittatum in manum iam dicti domini Frederici imperatoris refutasse et ipsum dominum imperatorem predictum comittatum quibusdam 20  
 suis fidelibus de Seprio comisisse. Insuper quamplures etiam introduxerunt testes qui dixerunt quod audierant et credebant quod maior pars predictorum locorum erat de comitatu Sepriensi, et qui viderant quosdam homines ipsorum locorum esse consules de Seprio a destructione Cumarum infra (2). Item quosdam alios introduxerunt testes qui dixerunt se vidisse missos Mediolani colligere blavam per quedam 25  
 predictorum locorum per guerram Laudensium (3), atque instrumenta et privilegia. Cumani tali modo respondentes dicebant predicta omnia instrumenta et privilegia probationes non esse, cum in hoc negotio principaliter scripta non sint, et hoc multis rationibus ostendebant; imo privilegium illud domini imperatoris Frederici eis obesse dicebant, in hoc quod dicit Mediolanenses refutasse comittatum Sepriensem ipsi domino imperatori. Cumani vero ad defendendam seu retinendam 30  
 eorum locorum <sup>(3)</sup> possessionem, et etiam ad eam possessionem recuperandam quam Mediolanenses in episcopatu Cumano habent, unde Cumani libellum appellationis Mediolanensibus dederant, multa privilegia et instrumenta publica et quamplurimos testes ipsorum locorum habitatores ostenderunt, et qui eadem negocia de quibus modo esitatur ante guerram Laudensem et per illam guerram et 35  
 usque ad initium Cumane maioris guerre tractaverant, scilicet fodrum Cumanis dando, carizia faciendo, ad ostem cum eis eundo, et alia quamplurima pendicia que loca solita <sup>(4)</sup> sunt facere sue civitati faciendo; qui etiam testes testificati sunt quod homines predictorum locorum a Mediolanensibus fuerunt coacti per vim sibi servire in initium Cumane guerre maioris et per guerram illam et postea usque ad 40  
 tempus illud quo <sup>(5)</sup> dominus imperator Fredericus obsedit Mediolanum. Preterea Cumani ostendebant breve illud concordie noviter factum inter Cumanos et Mediolanenses et alias Longobardie civitates in quo continebatur quod Mediolanenses non debebant uti prescriptione possessione que ab eis foret per vim adepta in episcopatu Cumano; a decem annis ante quam maior guerra Cumarum foret incepta usque ad tempus illius concordie; et quedam alia introduxerunt instrumenta 45  
 sententiarum a consulibus Mediolani datarum, in quibus quedam loca huius discordie absolverant a condiciis comitatus de Seprio. Insuper unum introduce-

LXXIII. — (1) comunitatus B. (2) Le parole Mediolanenses e spectabant mancano in B, ma mi sembrano necessarie alla comprensione del passo che ci è pervenuto da B in una lezione evidentemente monca. (3) locorum manca in B. (4) solita manca in B. (5) quod B. 50

(1) Il privilegio è perduto.

(2) La distruzione di Como da parte dei Milanesi avvenuta l'anno 1127.

(3) La guerra di Lodi dell'anno 1131.

runt instrumentum in quo continebatur parrochiam Sancti Iohannis de Montorfano ad Cumanam ecclesiam pertinere. Preterea testibus Mediolani Cumani ita respondebant dicentes testimonium eorum eis non obesse, quod fere omnes de auditu et credulitate testificati sunt et quia pauciores sunt numero  
 5 circa unumquemque articulum huius negotii predictis rationibus et argumentis et iudiciis et multis aliis ut in eorum allegationibus continebatur; dicebant Cumani in hiis que de iam dictis locis possidebant a Mediolanensibus in possessorio et in petitorio iudicio esse absolvendos, et Mediolanenses<sup>(n)</sup> in hiis que in episcopatu Cумano possident sibi fore condempnandos. Et e converso Mediolanenses suis  
 10 rationibus dicebant Cumanos in hiis que possident sibi condempnandos, et de hiis que Mediolanenses possident fore a Cumanis absolvendos. His et multis aliis rationibus et allegationibus atque argumentis utriusque partis vassis et auditis et diligenter inspectis et inquisitis, predictus Gregorius de Beccaria consilio et parabola iam dictorum Lamberti de Turre et Petri Procci sociorum suorum  
 15 et per consilium illorum sapientum de Cremona, scilicet comitis Alkerii et Ottonis de Casale Morano et Homoboni de Trezio atque Iohannis ablatici Ursonis et aliorum plurium ipsius civitatis et per consilium illorum sapientum de Papia, videlicet Lafranci de Beccaria, et Rogerii Catasii, et Carboni de Atrello, atque Caroncii de Campense, et aliorum plurium illius civitatis, talem protullit sententiam de prefatis controversiis, scilicet quod absolvit comune de Cumis in possessorio et petitorio iudicio a petitionibus<sup>(o)</sup> comunis Mediolani factis super predictis locis que continentur in libello Mediolanensium et intra fines predicto libello comprehensos, et super fructibus ipsorum locorum, excepto de Besacio<sup>(p)</sup> de quo condempnavit comune de Cumis comuni Mediolani in petitorio iudicio cum fructibus a tempore litis contestate. De Cassiano vero qui est in valle de Cuvi et de parrochialibus Sancti Iohannis de Monteorphano condempnavit comune Mediolani comuni de Cumis in possessorio et petitorio iudicio cum fructibus a tempore litis contestate, et absolvit comune de Cumis a petitione Mediolani facta de plebe de Cuvi et de Criviasca ac de ea parte Lomacii que est de parrochia Sancti Syli, tam in possessorio quam in petitorio iudicio. De Clivi vero et de Saltri et de valle Mercurioli et de Monteorphano absolvit comune Mediolani a comune de Cumis in utroque iudicio, exceptis parrochialibus Sancti Iohannis de Monteorphano ut supra, salvis in omnibus predictis locis et plebibus rationibus specialibus<sup>(q)</sup> alicuius persone, clerici vel laici. Et sic finita est causa. Anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi milleximo centesimo septuagesimo, die iovis qui fuit tercius dies intrante mense septembris, indictione quarta. Actum est hoc in loco Sevesi apud fores ecclesie Sanctorum Protasi et Gervasii. Prenominati Gregorius et Lambertus atque Petrus Proccus hanc noticiam fieri rogaverunt.

40 Interfuerunt huic sentencie Iacobus et Iordanus de Plurio, et Azo de Curia de Domaxio, et Balionus et Iohannes Bergalionus de Domaxio, et Albertus de Grabadona, et Matheus de Canova, et Rolandus de Carale, et Albertus de Porta, et Vita de Menaxio, et Michael de Ripa de Nebiallo, et Guercius de Salla, et Malapars et Paganus de Penola, atque Guibertus de Ripa, et Bertramus Proccus, et de Seprio Redulfus de Masenago, et Guilielmus comes de Castro Seprio, et Guifredus de Daverio, atque Raspinus de Olago et Anselmus de Clepo et Albertus de Rambertis et magister Ardericus atque Iohanes Susanus et Bertoldus de Verona, et Gualdericus Platus, et Flambertinus et Hostachinus de Corogniola, et Guidradinus Calignus atque Arnaldinus de Penolla et multi alii testes.

50 Ego Gregorius de Beccaria hanc sententiam dedi ut supra atque eam scribi rogavi et subscripsi.

Ego Guido notarius sacri palatii interfui et rogatu predicti Gregorii et Lamberti atque Petri Procci hanc noticiam tradidi et scripsi.

55 LXXIII. — (n) Mediolanenses B. (o) a petitionibus di mano della fine del sec. XV a correzione di appellacionibus del codice. (p) Besucio B. (q) specilibus B.

**MONUMENTA GERMANIAE**  
**HISTORICA**

**DIPLOMATA REGUM ET IMPERATORUM**  
**GERMANIAE**

TOMUS X

PARS IV

**FRIDERICI I. DIPLOMATA**  
**INDE AB A. MCLXXXI. USQUE AD A. MCXC.**

HANNOVERAE  
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI  
MCMXC

**DIE URKUNDEN  
DER DEUTSCHEN KÖNIGE  
UND KAISER**

ZEHNTER BAND

VIERTER TEIL

**DIE URKUNDEN FRIEDRICHS I.  
1181 – 1190**

BEARBEITET VON

**HEINRICH APPELT**

UNTER MITWIRKUNG VON

RAINER MARIA HERKENRATH, WALTER KOCH

UND BETTINA PFERSCHY

HANNOVER

HAHNSCHE BUCHHANDLUNG

1990

Cesariam. Ad cuius iniurie vindictam factum est, quod expeditionem ordinavimus in Italiam et eandem civitatem obsedimus. Ibi factum est, quod convenirent Lombardi ad habendum nobiscum conflictum. Cum quibus venit Wazo Cremensis comitatu societatis sue ad hoc congregati, ut ibi nos occiderent et honorem nostrum nobis auferent. Transacto  
 5 aliquo tempore cum celebraturi essemus consilium<sup>n)</sup> Uenetiis, Cremonenses miserunt ad nos, ut, si vellemus venire in civitatem illam, ipsi cum maximo honore nos vellent recipere offerentes nobis, quod per civitatem ipsorum cum securitate et honore conducere nos vellent in terram domine Mathildis. Fidem habuimus eorum securitati<sup>c)</sup>, intravimus Cremonam et hospitati nos fuerunt ad sanctam Agatham nec meminimus, quod infra  
 10 tempus, quo aput eos morati fuimus, servitium nobis fecerint estimatione panis unius. Fecerunt nos intrare secum in refectorium sancte Agathe ibique habito nobiscum colloquio ad hoc nos compullerunt, ut salva persona nostra non crederemus umquam nos exituros de hoc loco, donec eis dedimus duas villas nostras Warzstallam et Luciariam. Sed deo propitio ita inde recessimus, quod nullum eis inde dedimus privilegium, licet  
 15 omnes principes nostri tam clerici quam laici, quorum innumerabilis nobiscum turba fuit, nobis instarent, ut omnia, que peterent, illis daremus, quatinus salva vita possemus recedere. Hac violentia et iniuria interim villas predictas nobis abstulerunt. His addiderunt, quod, cum in eodem refectorio sancte Agathe iurassent, quod Mediolanensibus favore Papiensium vivam verram facerent et pontem Placentinorum destruerent, non fecerunt.  
 20 Sicut ergo ea, que iuraverunt, non sunt executi, ita nec nos ipsis tenemur super promissione, quam illis fecimus, sicut utrimque promissum fuit. Nec oblivisci possumus, que presentes positi vidimus, videlicet quod nobis accedentibus ad civitatem Laudensem, cum Placentiam pergeremus, occurrerunt nobis Cremenses cum<sup>d)</sup> crucibus<sup>b)</sup> prostrati coram nobis ad querimoniam super afflictione, qua eos afflixerunt Cremonenses. Ibi  
 25 videntibus nobis Cremonenses eos a facie nostra nudis nudi<sup>o)</sup> gladiis repulerunt percutientes eos et graviter quosdam vulnerantes. Ac deinde nobis Placentie assistentibus irruerunt in eos casas eorum igni vastantes et diruentes possessiones eorum, cum personas non invenissent qualibet turpissima morte perdendas. Fecerunt autem Cremonenses dampnum nobis estimacione CCC M marcarum, quas ipsis computare possumus, super  
 30 quibus eos convenimus querentes iustitiam<sup>d)</sup>, quam nec nobis facere voluerunt nec recipere a nobis.

## 896.

*Friedrich verleiht der Stadt Mailand gegen einen Jahreszins von 300 Pfund Imperialen alle Regalien des Reiches im Erzbistum Mailand und in fünf genannten Grafschaften und schließt mit ihr einen wechselseitigen Sicherheits- und Bündnisvertrag, der unter anderem den Wiederaufbau von Crema zum Gegenstand hat und sowohl vom kaiserlichen Kämmerer Rudolf als auch von den Mailändern beschworen wird.*

1185 Februar 11, Reggio.

40 Abschrift des 14. Jh. im Archivio comunale zu Treviglio, Pergamene n<sup>o</sup> 1 (B). — Abschrift des 15. Jh. in der Biblioteca Ambrosiana zu Mailand cod. B 19 inf., f. 15' (C). — Abschrift des 15. Jh. im Staatsarchiv zu Mailand, Pergamene,

895. c') rita von gleicher Hand über der Zeile nachgetragen  
 Zeile nachgetragen.

d') u von gleicher Hand über der

*Monastero di S. Ambrogio cart. 313 (früher T. 5, c. 1 n° 221) (D). — Abschrift des 15. Jh., verstümmelt und durch Feuchtigkeit beschädigt, ebenda, Diplomi e dispacci sovrani cart. III fasc. 1 (E).*

*Puricelli, Mon. Ambrosiana ed. I. 1028 = ed. II. 447; wiederholt von Graevius, Thesaurus ant. Ital. IV 1<sup>c</sup>, 447 = Lupi, CD. Bergom. 2, 1353 = Ficker, Forschungen 4, 195 n° 155. — Mon. Germ. Const. 1, 428 n° 303 aus D. — Simonsfeld in den Münchner Sitzungsber. 1905, 720. — Barelli in Arch. stor. it. ser. V, 30, 22 n° 6 aus D. — Manaresi, Atti del Comune di Milano 1, 216 n° 148 aus BD. — Colombo in Bibl. soc. stor. subalp. 128, 144 n° 61 unvollst. aus D. — Böhmer Reg. 2673. — Astegiano, CD. Cremonae 1, 158 n° 405. — Stumpf Reg. 4409.*

*Die Angabe bei Stumpf S. 551, daß sich das Original in Mailand befinde, trifft nicht zu. Colombo gibt eine vollständige Übersicht über die Überlieferung. Unsere Ausgabe beruht auf BD. C ist äußerst fehlerhaft, E schwerstens beschädigt; die neuzeitlichen Abschriften wurden vernachlässigt. Bedeutungslose graphische Varianten ließen wir unberücksichtigt. — Sicherlich von einem Kanzleiangehörigen mundiart, der auch die formelhaften Partien abgefaßt haben wird. In Betracht kommt dafür in erster Linie GG. Eine Abweichung von den herrschenden Gepflogenheiten ist der Gebrauch der Datum-per-manus-Formel, die den Protonotar Rudolf nennt, weil er offenbar eine verantwortliche Rolle zu tragen hatte. Der Eid der Mailänder, der vermutlich in einem eigenen Schriftstück aufgezeichnet war, ist wörtlich inseriert. Möglicherweise existierte auch von der Eidesleistung des kaiserlichen Kämmerers Rudolf, deren Inhalt genauestens wiedergegeben ist, eine formlose oder notariell beglaubigte Niederschrift. Vgl. Riedmann, Verträge 42 ff. Das im Text erwähnte verlorene Privileg betreffend die Grenzen der Grafschaft Seprio haben wir als D. \*1147 verzeichnet.*

In nomine sancte et individue trinitatis. Fredericus<sup>a)</sup> divina favente clementia Romanorum<sup>b)</sup> imperator<sup>c)</sup> augustus. Preclare serenitatis nostre liberalis benignitas ea virtutum gratia prepollet<sup>d)</sup>, ut, cum universos fideles suos habundantis clementie favore complectatur, illos tamen artius ac specialius sue familiaritati conciliet, quos fidelitatis perseverantia et devotionis<sup>e)</sup> fervore erga sacram imperii maiestatem ceteris prepollere perpendit. Circumspecte itaque discretionis oculo dilectorum fidelium nostrorum civium Mediolanensium attendentes strenuitatem, fidem ac devotionem, qua ferventiori ceteris affectu nostre in dies dignationi gratiores se exhibent<sup>f)</sup>, tanto honori et promotioni ipsorum ac civitatis<sup>g)</sup> sue accuratius volumus intendere, quanto nobis datum est de ipsorum sinceritate perfectiorem fiduciam habere. Eapropter imperiali placuit clementie nostre predictorum fidelium nostrorum desideriis nostre mansuetudinis animum ad commoditatem eorum et laudabilem civitatis statum applicare, ut concessionem et permissiones<sup>h)</sup>, quas eis in pace sine censu fecimus, pro nobis et illustri filio nostro Henrico Romanorum rege augusto confirmarem et insuper regalia illa imperii, que illis sine censu non concessimus, secundum infrascriptum modum in subscriptis terris pro censu concederemus et pactum, quod subsequitur, cum eis iniremus. Concedimus itaque Mediolanensibus omnia regalia, que imperium habet in archiepiscopatu Mediolanensi sive in comitatibus Seprii, Martesane<sup>i)</sup>, Bulgarie<sup>k)</sup>, Leucensi<sup>l)</sup>, Statione vel in aliis comitati-

896. a) Federicus D  
f) exhibeant B  
k) Burgarie D

b) fehlt B  
g) civitati B  
l) Leuthensi B

c) fehlt D  
d) prepolet B, polet D  
h) promisiones B

e) dilectionis B  
i) Marchexanae B



bus et locis extra comitatus ubicumque sint<sup>m)</sup> in aqua et terra. Si qua etiam regalia habemus in locis, que Mediolanenses concesserunt Cremonensibus ultra Abduam, similiter, cum ea recuperaverint, eis concedimus. Comitatum autem Seprii, in quo superius regalia eis concessimus, sic intelligimus, sicut in privilegio nostro distinctum est, scilicet per hos fines: a Lacu<sup>n)</sup> Maiori<sup>o)</sup>, sicut pergit flumen Ticini usque ad Padrignianum et a Padrigniano<sup>p)</sup> usque ad<sup>q)</sup> Cerrum de Parabiago<sup>r)</sup> et a Parabiago usque ad Caronum<sup>s)</sup> et a Carono<sup>t)</sup> usque ad flumen Seuisi<sup>u)</sup> et a Seuiso<sup>v)</sup> usque ad flumen Trese<sup>w)</sup> et sicut Tresa<sup>x)</sup> refluit in predicto Lacu Maiori<sup>y)</sup>, eo adito, quod de omnibus illis locis, de quibus commune Mediolani habet iurisdictionem, quam eis concessimus vel nunc concedimus, non obsit Mediolanensibus, si quis a nobis<sup>z)</sup> a tempore regni nostri vel ab eo, qui a nobis habuit, aliquod datum vel scriptum habeat in suprascriptis<sup>a)</sup> locis de<sup>b)</sup> regalibus imperii, unde ille, qui datum suscepit, publice non est in possessione. Ab hac concessione regalium excipimus omnia feuda<sup>c)</sup> et beneficia antiqua ab antecessoribus nostris de regalibus concessa ecclesiis vel quibuscumque personis et etiam si qua a nobis concessa sunt de regalibus, de quibus<sup>d)</sup> possessor manifestam habet possessionem, et reservata paratica nobis, que debet<sup>e)</sup> prestari filio nostro illustri regi Henrico et omnibus successoribus eius, cum primo coronam regni Mediolani aut Modocie suscipient, prestanda ab his, qui ipsam paraticam soliti sunt prestare, et reservato in Modocia, quod marascalco<sup>f)</sup> nostro vel regis liceat ibi hospicia assignare, excepto quoque iure appellationum, sicut in forma pacis est comprehensum. Pro his autem regalibus, que eis nunc concedimus et in pace non<sup>g)</sup> concessimus, debent Mediolanenses prestare nobis vel nostro nuntio et successoribus nostris in civitate Mediolani a kalendis instantis marcii ad annum pro censu singulis kalendis marcii ibidem libras trecentas<sup>h)</sup> imperiales. Ad maiorem quoque cautelam et eorum securitatem talem pro nobis et filio nostro rege Henrico cum Mediolanensibus conventionem fecimus, que hinc<sup>i)</sup> inde<sup>j)</sup> iuramento firmata est: Iuravit Rudolfus<sup>k)</sup> camerarius noster parabola et in anima nostra, quod nos bona fide manutenebimus civitatem Mediolani et quod iuvabimus ecclesiam Mediolanensem et Mediolanenses manutene omnes possessiones, quas habent et possident, et iura omnia, iustitias et rationes, quas habent. Si quas etiam possessiones, iura, iustitias et rationes amiserunt, adiuvabimus eos bona fide recuperare. Eas autem possessiones, iura, iustitias et rationes intelligimus, quas habent in archiepiscopatu Mediolanensi sive in comitatibus supradictis<sup>l)</sup> et in locis extra comitatus, ubicumque sint, contra omnes homines et civitates et loca Lombardie, Marchie et Romaniole, eo tamen tenore, ut nos pro speciali negotio Papiensium non faciamus guerram Mediolanensibus nec pro speciali negotio Mediolanensium teneamur facere<sup>m)</sup> guerram Papiensibus, sed si aliqua lis<sup>n)</sup> inter eos orta fuerit, nos bona fide partes nostras interponemus ad componendum vel ad iustitiam faciendam. Si vero Papienses adiungent se alicui civitati vel persone ad guerram faciendam Mediolanensibus, nos teneamur Mediolanenses adiuvere, sicut supra continetur. Et omnes concessionem seu permissionem illas, que facte sunt in tenore pacis sine censu et quos modo facimus pro censu, cum iustitia et<sup>o)</sup> ratione eis<sup>p)</sup> manutenebimus. Et quod nos non faciemus specialem societatem cum aliqua civitate, loco vel persona, que sit de Lombardia, Marchia vel<sup>q)</sup> Romaniola, absque consensu consulum Mediolanensium vel maioris partis vel omnium. Idem<sup>r)</sup> etiam sacramentum faciemus prestare regem Henricum, filium nostrum in anima sua et parabola

896. m) sive B      n) Lachu B      o) Mayori B      p) Padriniano D      q) fehlt D  
 45 r) Parabialgo B      s) Carronum, Carrono D      t) Seuixi, Seuixo B      u) Trexe, Trexa B  
 v) a nobis fehlt D      w) supradictis D      x) vel B      y) feoda D      z) debent B  
 a) maraschalcho B      b) nunc D      c) trecentum B      d) hic B      e) M mit vertikalem  
 Strich darüber B      f) Redolfus B      g) predictis D      h) lix D      i) eas B  
 k) iddem D

sua faciendum ad terminum, quem consules Mediolanenses cum consilio<sup>l)</sup> credencie nobis dixerint. Item idem Rudolfus<sup>t)</sup> suprascripto modo parabola nostra iuravit, quod nos bona fide et<sup>b)</sup> sine fraude dabimus operam, ut Crema integre redificetur<sup>m)</sup> ad terminum, quem consules Mediolanenses cum consilio<sup>l)</sup> credentie sue nobis dixerint cum ea virtute, quam habemus in Lombardia, Marchia et Romaniola. Dabimus autem operam hoc modo: commonendo, exortando et<sup>n)</sup> precipiendo personis, civitatibus et locis Lombardie, Marchie et Romaniole sub debito sacramenti et fidelitatis publice et privatim bona fide, ut nobis ad hoc perficiendum debitum et efficax<sup>o)</sup> consilium et auxilium prebeant. Si autem infra terminum constitutum aliam fortiam, quam modo<sup>b)</sup> habemus<sup>p)</sup>, in Lombardia, Marchia et Romaniola habuerimus, eam ad hoc perficiendum bona fide adhibebimus. Et si infra<sup>q)</sup> terminum constitutum id facere nequiverimus, ad idem perficiendum secundum predictum modum teneamur, cum primum poterimus, quousque reedificetur<sup>r)</sup>. Si qua autem persona, civitas vel locus ad hoc perficiendum aliquod impedimentum, ne id fiat, prestare presumpserit, eum eosve vel eas per districtum sacramenti et fidelitatis, qua nobis tenentur, prohibebimus. Et si propter hoc non aquieverint, eos easve in banno publice mitemus, quousque digne satisfecerint. Et si satisfacere distulerint, per sacramentum et fidelitatem proximis civitatibus, locis et personis precipiemus, ut eis guerram faciant. Similiter faciemus iurare regem Henricum filium nostrum ad terminum, quem consules Mediolani constituerint<sup>s)</sup> consilio credentie sue, quod Cremam bona<sup>t)</sup> fide manutenebit<sup>v)</sup>, sicut et nos de ea bona fide manutenenda iurare fecimus. Manutenebimus autem Cremam hoc modo et ea ope, sicut dictum est, de rehidificatione<sup>u)</sup> facienda, eo adito, si fuerimus ultra montes, quod bonum nuntium et litteras mitemus pro simili adiutorio prestando et impedimento inhibendo, cum inde fuerimus requisiti. Pacti quoque et iuramenti formam, quod Mediolanenses nobis et filio nostro Henrico<sup>n)</sup> Romanorum<sup>v)</sup> regi facere debent, presenti pagine duximus inserendam:

Iurabunt, quod bona fide et sine fraude adiuvabunt nos et predictum filium nostrum manutenere imperium in Lombardia, Marchia, Romaniola<sup>w)</sup> et manutenere omnes possessiones, iustitias, iura et rationes, quas habemus in Lombardia, Marchia et Romaniola<sup>x)</sup>, et specialiter terram quondam comitisse Matildis<sup>y)</sup>. Si quas etiam possessiones, iustitias, iura et rationes in predictis terris, scilicet Lombardia, Marchia et Romaniola et nominatim de terra condam<sup>z)</sup> comitisse Matildis amisimus, adiuvabunt nos bona fide recuperare, et hoc contra omnes civitates, loca et personam quamlibet Lombardie, Marchie et Romaniole, eo tenore, ut, si nos aut filius noster rex Henricus aliquando, quod nobis licere nolumus, contra concessionem seu permissionem factas personis, civitatibus seu locis societatis, sicut in tenore pacis continetur, venire voluerimus, Mediolanenses non teneantur hoc sacramento nos adiuvare<sup>a)</sup>. Et si aliqua persona, civitas vel locus societatis contra hoc fecerit<sup>b)</sup>, quod nobis et filio nostro regi Henrico in pace convenerunt, teneantur Mediolanenses adiuvare<sup>z)</sup> nos et filium nostrum regem, usque quo venerint<sup>c)</sup> ad congruam satisfactionem. Item iurare debent, quod non facient specialem societatem cum civitate, loco vel persona de Lombardia, Marchia et Romaniola<sup>x)</sup> absque consensu nostro vel regis Henrici filii nostri. Item consules et credentia iurabunt, quod bona fide et sine fraude dabunt nobis et filio nostro Henrico regi rectum consilium de illis negotiis, de quibus ab eis postulabitur a nobis vel a filio nostro rege Henrico per nos aut certum

896. l') consilio B m') reficietur B n') fehlt D o') efficace B p') habeamus B q') über der Zeile über gestrichenem hoc ad D r') rehedificetur B, redificietur D s') constituent D t') aus manutenebit bona fide durch Verweiszeichen umgestellt D u') redificatione D v') Romano D w') vorher et D x') Romagniola D y') Mateldis D z') von erster Hand über der Zeile B a') vorher ad hoc B b') fecerint D c') venerit B